

potuerint, absolvi poterunt in foro conscientiae ad affectum dumtaxat assequendi indulgentias jubilei, injuncta obligatione satisfaciendi statim ac poterunt.

7o. Non possunt dare absolutionem a reservatis vel a censuris vel commutationem votorum, aut dispensationem irregularitatis, illi qui, jam a se vel ab alio absolutus virtute facultatum hujus jubilei, in eadem reciderit.

III. DIVERSÆ DECLARATIONES.

1a. Ad lucrandum jubileum requiritur confessio et communio distincta a confessione annuali et communione paschali : nec sufficit quod quis confessorem adeat duabus vicibus in ordine ad unicam absolutionem.

2o. Quando eadem ecclesia est pluries visitanda, necesse est egredi ab ecclesia saltem ad momentum.

3o. Indultum pro navigantibus et iter facientibus qui impediuntur quominus currente tempore jubilei opera injuncta exequi valeant, extenditur etiam ultra hoc tempus.

4o. Potest fidelis jubilei indulgentiam CUMULATIVE pro se et defunctis lucrari.

Apud Stum. Germanum de Rimouski,
die 16a aprilis, 1881.

† JOANNES, EPUS. STI GNI. DE RIMOUSKI